

rum est? Quod nos alio mutemus elogio: Quid saluum  
est, si Roma perit? Non, 44 mihi si linguae centum sint,  
oraque centum, Ferrea vox, omnes captorum dicere pœ-  
nas, Omnia cæsorum percurrere nomina possim. Et hæc  
ipsa, quæ dixi, periculosa sunt tam loquentibus, quam  
audientibus; ut ne gemitus quidem liber sit; nolenti-  
bus, imò nec audientibus nobis flere, quæ patimur. Re-  
ponde mihi, carissima in Christo filia: inter ista nuptu-  
ra es? quem acceptura virum, cedo? fugiturum, an pug-  
naturum? quid vtrumquè sequatur, intelligis? Et 45 pro  
Fescennino carmine, terribilis tibi rauco sonitu buccina  
concrepabit: vt, quas habes pronubas, habebis fortè lu-